Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/319013

17

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

FRANCISCI CORNELII DONDERS,

MED. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

EGBERTUS ARNOLDUS ANTONIUS IJSSEL DE SCHEPPER,

Arnhemiensis.

DIE XXX M. OCTOBRIS A. MDCCCLII. horâ II.

Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

THESES.

I.

Quaelibet familiae mutatio est capitis diminutio minima.

II.

Possessio non est jus sed factum.

III.

Fidejussor in duriorem causam rogatus et acceptus ne in concurrentem quidem summam obligatur.

IV.

Poenae indebite solutae repeti possunt.

V.

In cura, de qua sermo est in art. 504 Cod. Civ., non requiritur curator subrogatus.

VI.

Pater etiam singulos liberos convenire potest ad alimenta praestanda.

VII.

Ad divortium, ex art. 264 3°. Cod. Civ., sufficit condemnatio a judice peregrino, si in eodem casu ex jure nostro poena infamans infligitur.

VIII.

Non assentior iis qui contendunt inventarium, cujus mentio fit in art. 533 Cod. Civ., privatim confici posse, si actor erat constitutus.

IX.

Contra Cons. SCHÜLLER defendo in art. 831 Cod. Civ. verba *geregtelijk goedgekeurde* non significare semper judicis probatione opus esse, sed tantum partibus dissentientibus.

X.

Per art. 122 1°. et 173 Cod. Merc. is qui litteras cambiales acceptare vel solvere vult in honorem ejus cujus nomine sunt trassatae, praefertur illi qui hoc facere vult in honorem trassantis.

XI.

Licet de naulo per aversionem convenerit, singula dolia derelinqui possunt.

XII.

Magistri navis mutatio non vitiat assecurationis contractum.

XIII.

Art. 863 Cod. Merc. non eo valet ut curator praeferatur creditori hypothecario qui stipulatione art. 1223 Cod. Civ. usus est.

XIV.

A peregrino, priori instantia condemnato, a sententia contra se lata appellanti, exigi potest cautio de qua sermo est in art. 152 Cod. de Meth. proc. in caus. civ.

XV.

Si arrestum (pandbeslag) impositum est ex titulo executoriali, non requiritur actio ut validum declaretur (eisch tot van waarde verklaring).

XVI.

Filius naturalis agnitus qui surripuit res avi vel aviae non fruitur exceptione art. 380 Cod. Poen.

XVII.

Conatus falsi testimonii puniri nequit.

XVIII.

Coheres, qui amovit rem hereditariam, furti reus est.

XIX.

Definitio infanticidii, quae in Codice Poenali legitur, non uno vitio laborat.

XX.

Tribunal quamquam incompetens potest praeviam delinquentis prehensionem jubere.

XXI.

Litterae a regio administro rerum internarum datae die 10 Aprilis 1852 N°. 172 (Handboek voor plaatselijke besturen, edentibus BOER et SIX, II pag. 151) adversantur art. 102 legis diei 29 Junii 1851 (Stbld N°. 85).

XXII.

Art. 253 Edicti regii d. 2 m. Augusti 1815, quo Academiae Rectori Magnifico potestas tribuitur jubendi studiosos carcere includi, aut cubiculum carceris loco adsignandi, pugnat cum Lege Fundamentali.

XXIII.

Praemia exportationis nocent industriae patriae.

XXIV.

Privilegia importationis (octrooijen van invoer) abroganda sunt.

XXV.

Improbanda est institutio, ex qua objecta aurea et argentea non aliter vendi possunt quam signata.